

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio a
cum uariis

Illa est pena peccati iustissima ut amittat unusquisque illud quo bene uti noluit cum sine ulla posset difficultate, si uellet, id est ut qui sciens recte non facit, amittat scire quid rectum sit, et qui rectum facere cum posset noluit, amittat posse cum uelit.

Augustinus libro III. de libero arbitrio.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

illud] id B C; posset difficultate] difficultate posset C P V¹ V² L¹ L²